



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Noremburgæ, 1523**

**VD16 K 320**

69 Qvomodo Ecclesiastici Ivdices Illicitum ex iactatis matrimoniorum  
causis petant interesse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

purgatione facta, in pristinum æstimationis statum restituntur. Et quæ quis tam sinistre denunciatis incommoda, damna, impense, eam ob rem perpeffe, merito refundi deberent; nihilominus tamen innocentes ipsi in dictæ restitutionis fidem officiali, ecclesiasticoue iudici, duos aureos, cum aurei quarta parte, pro absolutorijs literis, nequaquæ necessarijs, numerare coguntur. Et hoc est, cur officiales, ecclesiasticiq; iudices, tam iniquas & illicitas, rumoris falsi, atq; delationis causas, ita adfectentur, ad se euocent, solisq; sibi vendicent. Id tamen ipsum nõ sine magna singulari, ac graui iactura mortalium committunt. Nam sæpius euenit, q; altercantes mulieres, ira, inuidia, seu alio quopiam adfectu commotæ, inuicem se maledictis impetant, conuicijs proscindant, in tantumq; demerentur, q; altera alteram vel adulteri, vel magicæ artis ream insimulet. Quod vbi coram officiali deducitur, tum illa, quæ per iracundiam alteram probris ac contumelijs adfecerat, iurisiurandi sacramento sese excusare, ac purgare cogitur: scilicet quicquid iniuriarũ in alterã profuderit. Id omne non ex certo animi proposito, sed ira, inuidiaq; profectum esse: pariq; modo altera, quæ adulteri, necromancieue insimulata est suam innocentiam: quodq; prædictorum nequaquæ sibi conscia sit facinorum, iuramento detegere iubetur. Interim vero quilibet apud se facile conijcere potest, in talibus causis, mulieribus, siue memoratorum scelerum vacuæ sint, siue ipsdem criminibus obnoxia, iurandum tamen esse, dum modo famam, honorem, ac vitalem spiritum retinere velint. Qua ex re non solum illicitum pecuniarum lucrum queritur, sed & deliberatæ peierationes extorquentur, sæcularesq; iurisdictiones, & iudices in eorum mulctandi officio impediantur. Et sic contra rationem, impunita remanere delicta necessarium est.

QVOMODO ECCLESIASTICI IVDICES ILLICITUM ex iactatis matrimoniorum causis petant interesse.

Deinceps quum inter virum atq; foeminam de pangen-  
dis matrimonialibus sacris illis foederibus, negocium quod <sup>69</sup>  
inter eos forte agebatur, eousq; processit, q; ab alterutra parti  
um matrimonij contractus, ex pactionibus illis, ratus, perfec-  
tusq; praetendatur. At inficietur altera, datumq; est, ab alte-  
ra alteri personae vestium, aut alioqui mundi muliebris quida-  
pium, tanq; arrabonis loco, adseruandum ac custodiendum.  
Accidatq; deinde, vt asserti contractus matrimonij, s. contem-  
platione cōtrahentes, ad ecclesiasticum perueniant tribunal,  
ac ibidem per sententiam, in diuersum ire iubeantur, separenturq;  
Tum iudex ille ecclesiasticus inique hoc sibi in hac cau-  
sa praetendit interesse. Nimirum, vt omne quicquid hinc inde  
arrabonis vice traditū sit, vt hoc sibi cedat tanq; cōmissum.  
Id quod nedum contra omnia iura, sed & æquitatem atq; hon-  
nestatem ipsam proculdubio est.

**QVIBVS ARTIBVS IVDICES ECCLESIASTICI**  
causas promiscuas, quæ coram ciuili etiam magistratu in iur-  
diciū deduci possunt, sibi solis vendicare conentur.

Item, licet complures sint causæ ita promiscuæ iurisdictionis <sup>70</sup>  
nis, vt scdm iura cōmunia apud ecclesiasticos atq; ciuiles iur-  
dices agitari & puniri possint, sæpiuscule tamen euenit, vt  
quum ciuiles iudices, cōcessam sibi hac in re prouinciam &  
iurisdictionē administrare atq; exercere velint. Quod id ipm  
ne faciāt per iudices ecclesiasticos, sub excōmunicatiōis pœ-  
na eis interdicitur, prohibeturq;. Quod si diutius praestare  
deberet, breui ecclesiastici iudices a ciuili magistratu, eiusq;  
iurisdictione quascūq; etiā causas eximerēt, suq; assererent dis-  
tioni. Id quod Casareæ Maiest. ceterisq; Imp. Romani mem-  
bris graue est, & intolerabile. Et quanq; scdm iura commu-  
nia, manifesta periuria atq; adulteria, maleficorumq; praestis-  
giae, ac consimiles aliæ causæ, per Ecclesiasticos ac ciuiles  
iudices, promiscuum, vter occuparit, ciuilit̄er pro tempo-  
re plecti possint, habeatq; ita preuentio hac in re locum. At.

F ij